in quo pendet totus ordo preceptorum per quem tendunt plu
uetus ad quem non ualet completur qui ad domum
celi celsa mittit repletis; Unde paulus apostolus
dixit; Non habemus ciuitatem hic manentem:
sed futuram inquiramus; Nam ut caritas coniu
git. et abstinentes sic discordia seiungit et
presentes sic unum omnes indiuise sentiamus ne
ut simul adgregati diuidamur. Quia ipse
dominus ad discipulos dixit, In hoc cognoscent omnes
quia mei estis discipuli si dilectionem inter uos
habueritis; Simul ergo cum in unum congregamur
plena mente diligamus caritatem cessent iurgia
maligna cessent lites uere in medio sic noster christus erit;
Unde beatus gregorius dicit; Ubi fratres in unum
glorificant ibi dabit dominus benedictionem;
Magna nobis fratres dilectissimi securitatem in euan
gelio dominus dona dignatus est dicens; Ubi fue
rint. duo uel tres congregati in nomine meo
ibi sum in medio eorum. Tota ergo mente diliga
mus illius nichil amori preponamus unde et dominus
ait; Mandatum nouum do uobis ut diligatis in
uicem sicut dilexi uos; Unanimiter excelsum
inploremus ut det pacem clemens nostris in diebus suum